



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

3. In qua pecunia census redimendus est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

§. IV.

An cum in medio, vel in fine anni redemptio census præstatur teneatur redimens pensiones pro rata temporis elapsi simul cum sorte soluere?

- 1 Refertur triplex sententia, & tertia approbatur.
- 2 Satisfit rationibus aliarum sententiarum.

**T**Riplex est in hac re sententia teste Feliciano 1. p. de cens. lib. 4. c. 7. m. 2. sed præcipue 2. p. eodem numero 7. Prima quæ fuit Guidonis Papæ, dicitur 271. & Boëtij, cons. 23. num. 4. asserit obligatum esse redimentem totius anni pensionem soluere, quia hæc videtur ab initio anni deberi, tametsi non possit vltque in finem exigi. Altera est Petri Barbozæ, in leg. diuorij in prin. 2. p. n. 70. c. 1. q. 1. ff. de soluto matrimonio. Alexand. Baldi, Callanei, & aliorum plurium, quos Felic. dicit n. 7. refert. sentiens nihil pensionis illius anni deberi, sed solum sorte censum redemptum esse. Præcipuum fundamentum est, quia nullæ pensiones debentur censitori sunt quousque annus finiatur. Ergo nullas soluere censuarius tenetur, cum redimit. Præterea interim ac annus finitur pensiones sunt quasi fructus pendentes à iure census. Ergo redemptori huius iuris cedere debent. ex leg. vlt. §. fructus. ff. qui in fraudem creditor. Tertia sententia verior, praxique recepta fuit Couarrui. lib. 1. var. cap. 1. §. n. 7. Molinæ lib. 3. de disp. primogen. lib. 3. c. 1. n. 9. Gutier. lib. 1. Canon. q. 6. c. 3. m. 29. Gaspar Roderic. 2. de redditib. q. 5. m. 76. Auendaño c. 102. m. 1. & aliorum plurium quos refert, & sequitur Felic. d. c. 7. n. 7. asserens redemptorem obligatum esse simul cum sorte pensiones pro rata anni decurtas soluere. Nam pensiones censuarius debet ob imperium pecuniæ ab emptore census acceptæ. Cum autem pro diuisione temporis interulurium diuidatur, eandem diuisionem pensio pari debet, ac proinde pro rata temporis soluenda est.

Neque rationes oppositarum sententiarum vigeant. Nam ad fundamentum primæ sententiæ nego ab initio anni pensiones integrè debitas esse, sed pro rata temporis, quo censuarius pecunia vltus fuerit. At fundamentum secundæ dico pensiones debitas esse ante finem anni non integrum, sed pro rata temporis, cui debito non obstat quod ante finem anni exigi non possit perseverante curru redditus, id enim ex conuentione prouenit. Neque item obstat quod pensiones sine quasi fructus iuris censuales, nam si fructus cum sint fructus ob interulurium pecuniæ continuo ad fluxum temporis decidunt censitori, ac proinde non possunt tanquam fructus pendentes nouo emptori cedere.

§. V.

An censuarius redimens censum teneatur vocare creditores sui creditoris?

- 1 Negatiuè respondetur.
- 2 Apponitur quadam restrictio.

**S**æpè contingit creditorem redditus redditum hypothecasse. Quod absque dubio præstare potest iuxta leg. nomen. Cod. qui res pignori obligari possunt. ff. si conueniri. 2. ff. de pignori. Controuersia est an teneatur censuarius sortem suo creditori restituens monere creditores quibus censitor censum hypothecauit. Breuiter respondeo negatiuè, quia neque ex contractu censitico, neque ex hypotheca imposita hæc obligatio censuario indicitur. Sicut colligitur ex d. leg. nomen. & ibi Gloss. finalis, Faustus de pignori. 2. part. membr. 2. num. 17. Gaspar Roderic. lib. 1. de redditib. quæst. 18. circa finem. Salas, tract. de censib. d. 39. n. 11. Quod adeo verum est ut etiam ipsi creditori liceat debitorem sollicitare ad redimendum, quia in hac sollicitudine non dolum committit, sed suæ utilitati consulit. Vt bene aliis relatis comprobatur Roderic. & Salas supra.

Temperant autem præfati Doctores, nisi creditores nominis de sua hypotheca debitorem censum certiorauerint, ne ipsis non monitis redimeret ostendendo instrumenta hypothecarum. Nam hæc facta notificatione dolum committeret censuarius, & creditoribus hypothecariis obligaretur quantum intererat non esse monitis. Vt probatur d. leg. nomen. & lex 3. Cod. de nouationib.

§. VI.

A quo census redimendus sit?

- 1 Minores &c. non posse censum absque auctoritate iudicis redimere censum aliqui.

G g

2 Veriss

est. At fundus acceptus non est, sed pretium. Ergo non redimitur census obligatione fundi, sed pretij. Adde censuarius ex vi pretij accepti obligatur ex fundo annuus redditus soluere. Ergo contra hanc obligationem procedendi fundum loco solutionis creditori reddere velit. Si enim emphyteuta nequiret emphyteuticam inuito domino renuntiare. leg. 2. Cod. de iure emphyteute. à fortiori nequit censuarius rem censui suppositam censitori renuntiare. Consentit Tiracq. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 6. n. 21. Foller. in pract. censuali. vers. tanquam. n. 49.

7 Procedit tamen supradicta doctrina in censuario censum vendente, & constituente: hic enim nequit fundum cui census nititur creditori eo inuito reddere, & se à census solutione eximere, quia reditum debet non ex possessione fundi, sed ex pretio accepto. At tertius possessor qui censum præcisè ratione fundi possessi obligaretur soluere, optimè possit creditori fundum reddere, & se à census obligatione liberare, argum. dictæ leg. filiusfamilias. §. apud Marculum. De legatis. 1. Idem esset si non venditione, sed donatione census deberetur. Nam cum ex liberalitate fuerit in fundo constitutus præsumitur constitutus eo animo constituisse, ut quandoocumque fundum renuntiare velit à censu liberetur, iuxta d. l. si quis argentum. §. si vero. Cod. de donationib.

§. III.

In qua pecunia census redimendus est?

- 1 Cum nihil actum est redimi potest in qualibet specie pecuniæ approbata.
- 2 Quoad quantitatem se varia facta est spectandum est tempus redemptionis.
- 3 Intelligi debet, cum mutatus est monetae valor extrinsecus.

**C**um à principio conuentum est de pecunia qua census redimendus sit regulatier pactio standum, vt superior diximus. Cum autem nihil expresse actum fuerit redemptio facienda est in ea specie monete quæ communiter approbatur, neque vlla est obligatio præfandi redemptionem in specie determinata auri, argenti, vel auri. Vt bene aduertit Gaspar Roderic. lib. 1. de reddit. q. 18. m. 42. & lib. 2. q. 15. num. 93.

2 Sed in qua quantitate? Et quidem cum nulla est moneta facta mutatio eadem quantitas soluenda est in redemptione census quæ data fuit pro illius constitutione, quia tanti valet ex præprio ab obligatione soluendi annua centum, sicut obligatio eadè soluendi. Cui verò Principis iussu moneta variata est Doctores in varias sententias diuisi sunt, quodnam tempus spectandum sit ad tempus contractus, an redemptionis, vt iuxta valorem monete illius temporis redemptio præstetur? Mihi tamen verius videtur tempus redemptionis spectandum esse. Vt latè docuit pluribus relatis Menoch. lib. 1. consil. cons. 49. ex num. 10. Felician. 2. p. de censib. lib. 4. cap. vii. circa finem. Gaspar Roderic. d. q. 1. num. 93. Nam venditor solum tenetur præstare pro censu redimendo quanti ea redemptio tunc aestimatur, at ea aestimatio regulanda est ex valore, & aestimatione monete currentis, quia illi valoribus venditus aestimationem præstat.

3 Hoc autem intelligendum est cum valore, & aestimatio monete meratur extrinsecè. Nam si intrinsecè mutetur deteriori, vel nobilitiori materia constituta. Felician. d. cap. vltimo §. verum inter principes, & Roderic. d. num. 93. existimant tempus contractus inspiciendum esse, alias creditor damnum pateretur, cum non redditor illi tantum pro redemptione census quantum pro illius creatione expendit.

Verum hæc sententia mihi difficilis est, potiusque inclinarem cum Menochio, d. cons. 49. tempus solutionis inspiciendum fore. Nam esto in mutuo admittam eam sententiam eo quod natura illius contractus perit, vt mutuatarius obligetur reddere mutuatanti quantum ab ipso accepit in eadem qualitate, & bonitate. At in redemptione census non videtur sustinendum. Non enim obligatur redimens reddere emptori quantum ab eo accepit, sed quanti obligatio soluendi redditus aestimatur: neque in redemptione spectatur valor quo census creatus est, sed valor ipsius census. Ergo ex illa moneta deteriora soluta in quantitate qua census eiusdem quantitatis emeretur redimi emptus poterit. Et confirmo in pensionibus soluendis tum ex beneficio, tum emphyteuti, tum ex censu non spectatur tempus contractus, sed solutionis, vt iuxta monetam eo tempore currentem solutio fiat. Vt probatur Anton. Gab. commun. opin. lib. 3. tit. de solution. consil. 5. Ergo etiam in redemptione census idem erit spectandum.